



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### **Theologia Moralis Universa, Complectens Omnia Morum Præcepta, Et Principia Decisionis Omnium Conscientiæ Casuum, Suis Quæque Momentis Stabilita**

Ad usum Parochorum, & Confessariorum

Continens Tractatus de Conscientia, de Legibus, de Peccatis, de Virtutibus  
Theologicis, de Religione, & Beneficiis. Adjunctis in hac editione  
Propositionibus ad hanc usque proscriptis

**Antoine, Paul-Gabriel**

**Ingolstadii, 1734**

**VD18 90392140**

Sed quid si dubitetur, sit ne profutura correctio?

**urn:nbn:de:hbz:466:1-40986**

Quare non semper facienda est statim, atque peccatum cognitum est.

*Sed quid si dubitetur, sitne profutura correctio?*

*Resp.* Si de fructu dubites, & simul certò scias obfuturam non esse, teneris corrigere: quia sicut in morbo corporali, ita & in spiritali remedium, quod non est obfuturum, adhiberi debet in dubio, an sit profuturum, si nullum certius adsit. Et quia adest materia correctionis, & fieri potest, ut obtineatur ejus finis. Si verò dubites non modò, sitne profutura correctio, sed etiam num sit nocitura, eam omittere debes: quia cum correctio ad emendationem ordinetur, fieri non debet, cum æquè imminet peccatum proximi, ac ejus emendatio. Excipe, nisi aliqui moriturus esset in mortali: nam tunc, etiam in dubio de peccato mortali, ipse admonendus esset, ne proximus damnetur in æternum.

*Q. 2. An corripendus est, qui peccat ex ignorantia?*

*Resp.* Corrigendus est, & docendus. 1. Si ignorantia sit culpabilis: quia est ingravi miseria spiritali, cum hæc ignorantia sit peccatum, nec excuset à peccato. 2. Si malè agat ex ignorantia invincibili juris naturalis, vel etiam positivi humani, quando